

1135

Nihil libentius facit S. D. N. R. quam ut Regia Ma^{tas} V^{ra} quæ sibi grata, et Regno suo
 utilia sunt, quantum cum Domino potest gratificetur. Quod abunde declarat
 Breve Apostolicum quod mitto, ex quo etiam cognoscet Ma^{tas} V^{ra} quid statuen-
 dum duxerit S. S. de dissoluenda Arcimandria Picciarentis unione, de
 tribunali isthuc erigendo, in quo suprema causarum instantias adversus Eccle-
 siasticos persequi, ac definiere liceat, postremo de indulgenda Episcopis
 Regni Vestri Senatoribus facultate, ut citra irregularitatem in causis capi-
 talibus sententiam ferre possint; quæ tria capita Regia Ma^{tas} V^{ra} per litteras
 nuper S. S. proposuerat. De quibus omnibus nihil est quod à me quicquam
 hoc loco frustra aspetatur, quando hæc cumulata exequitur Breve Apostolicum.
 Mea igitur obsequia Ma^{tas} V^{ra} sumillime commendans. Deum precor, ut
 Ipsam quam diutissime incolumem tueatur. Romæ die. 19. July 1603.

Regia Ma^{tas} V^{ra}

Semi Sumill

Cresc. Ferd. li. Romæ

~~De Agnoscenda Pienarum~~
 19 Julij 1603
 Card. Gynchy Aldob.
 Amia et Justie Regi Potentissimo. 28
 Principi ac Dno Dno. Siquidem

